15

Lacistema

Cal. amenti squama. Cor. 4fida. Filament. bifidum. Bacca pedicellata.

Trigynia

14. Lacistemma. Cal. amenti squama. Cor. 4-fida. Filam. 2-fidum. Caps. baccata, latere dehiscens, 1locularis. Sem. pedicellata, pendula

~~trigynia~~

myricoides Lacistema Sw. prodr. p. 12.

Piper aggregatum Berg. Act. Helv. 7. p. 131. tab 16.

Habitat in Jamaica.

Viscum

myricoides 1. Lacistemma Swartz. prodr. 12. Flor. ind. occid. 2. p. 1093.
Piper aggregatum Berg. in act. helv. 7. p. 131. t. 16
Nematospermum laevigatum; foliis ovatis, glaberrimis, capsula ovali, laevi Act. soc. hist. nat. par. 1. p. 105
Habitat in fruticetis Jamaicae occidentalis Swartz, in Cayenna von Rohr Richard, Surinami Rolander. ♄
Rami teretes, apice compressiusculi, glabri, cortice inferne cinereo, superne purpurascente. Folia petiolata, bi-quadripollicaria, lanceolato-elliptica, acuminata, basi apiceque acuta, extrorsum obsolete serrata, inferne integerrima, utrinque glabra, venosa. Petiolus unguicularis. Antherarum loculo disjuncto.
Una cum speciminibus plurimis, descriptionem in loco natali adornatam, simul misit optimus v. Rohr, cum haec in nonnullis ~~cit~~ ab amicissimi Swartzii recedit, non abs re fore mihi visum est hanc addere.
Amenta axillaria, tria ad octo, axillaria, longitudine petioli, teretia, obtusiuscula, undique imbricata squamis unifloris: squamula duo, minutissima, ad latera majoris. Corolla quadridentata,
sexte

basi ~~affixa~~ squamae singuli amenti affixa. Nectarium membrana colorata, hinc inde fissa, germen cingens. Filamentum unicum, bifidum, squama amenti oppositum, adscendens. Germen globosum. Stylus nullus. Stigmata tria, minima, divergentia Capsula carnosa, rubra, apice obliqua, basi turbinata, obsolete triquetra, unilocularis, latere longitudinaliter dehiscens. Semina plerumque duo, carne alba, parca tecta, ovata, cum sulco, quo per filamentum receptaculo annexum dependent. Quamvis semper semina duo invenim, receptacula nihilo minus tria adeant, quod suspicionem unum ex illis mari esse # movet

Celeb. Swartzius ~~dubitare videtur~~ num Nematospermum ~~Richardii~~ quam ac Richardius ~~nam est a~~ et Lacistemma # Quod Richardii et Rohrii planta non differunt # congeneres sunt. nullum dubium est cum in eodem loco lecta sunt, praeterea specimina in herbario Rich. ne unquam a Rohrii discedunt. Bergius Piperem aggregatum verosimile a Rolandro habuit, qui in cujus itinerario et herbario occurrit sub nomine Piperis monandri et exacte quadrat cum Nematosp. Richardii, ~~Spatio~~ denique nullum discrimen inter has tres a specimine ab ipso Swartzio missum indagare potui, hinc persuasus sum Nematospermum nequidem specie multo minus genere a Lacistemma differre.